

## TESTIS EXAMINATUS.

This is the Title of a printed Page, formerly (viz, Anno 1658.) at Florence, by Vauclius Dathirius Bonglarus, and now, by reason of the great scarcity of the Original here, desired to be inserted in this Tract : which is the rather done at this time, because the subject therein consider'd, is now under a severer Examination than ever, amongst the Curiouser Anatomists both here, in France, and Holland.

The Text it self follows verbatim thus;

**Q**uid sit testis, quæ ipsius natura, quibus conglobetur particulis, adeo scire arduum, ut quicunque dissonis Authorum lectionibus, neglecta Enchirisi, duntaxat inhaberit, dediscat potius, quam addiscat ; cum hic affirmet unum, ille hoc idem de eadem perneget particula ; quasi idem omnino membrum, Protei ad instar, toties mutaretur, quoties tractatur, & insipientium oculos usque satageret eludere.

*Vasa Spermatica preparantia testiculi Substantiam nebulosam ingreduntur, ita autumat Mundin. Ingredientur omnino ; ita Vid. Vidiu. Sylv. Barthol. Colomb. Subeunt quidem intro ; sed non omnia, majori duntaxat ex parte ; ita Highmor. Non ; sed minori tantum ; ita censet celeberrimus Marchet. P. M.*

Galen. Melet. Mundin. Laurent. Highmor. Barthol. Vesling, & alii quos taceo, plures ; genuinam testis substantiam albam, mollem, laxam, glandulosam, statuunt. Riolan. eam deprehendit non utique glandulosam, sed penitus fibrosam, quasi globulus fibrularum foret sibi invicem scitule coacer-vatarum. Vesal. mens est, innumeram Vasculorum minutissimorum congeriem in interiori testiculo luxuriare, interseminato passim peculiari carne ; ita ut ipsi jocimori non ineleganti analogia Testis respondeat, Parenchyma proprium existens. Francis, Anton. Catto ; Testis substantia rotunda est, alba, mollis, Vasculis tenuissimis intertexta.

Semen per medios transire testes, dogma Hippocraticum est bis inculcatum : Hinc nervos indigitat Glisson. Lineam fibrosam describit Riol. Ductum Membranosum per medios testes expansum, internam semenis delatorem & describit & depingit Highmor.

Qui e Didymo egreditur inchoatum semen ? Riolano per peros quinque aut sex in extremis linea fibroæ, patulos. Highm. per ductum a se inventum.

Laurent. per exilas fistulas, quibus epididymis continuationem cum teste habet. Vid. Vidiu. per anfractus, Erucarum ac Vermium modo, in lateribus epididymidis existentes. Vesling. semen e testibus ad parastatas variciformes transfertur ; sed interim via non indicatur.

Epididymis quid sit, vix novimus. Ex doctrina Aristotel. est meatus durus & nervosus : Galen. Est media quedam substantia testes inter, & vasa. Vesling. Corpus est glandulosum. Barth. Compages intus glandulosa simus.

& fungosa, exterius vero membranosa. Highm. Epididymis principium glandulosum, reliquum autem vasculis perfectum est tenuissimis spissæ circinnatis, intestinorum ad instar. Riolan. Tota Epididymis unicum vas est continuatum, integrum, plusculis complicatum rugis, & fibrulis arctissime pressum.

Jam ambigua non minus epididymidis origo, quam indeoles. Spigel. Laurent. Vesling. eam a vasis spermatis continuatione quadam repetunt. Id iniciatur Walanus. Bartholino placet, ut ex ipso pullat testis per fistulas exiles ceu fibras candidas innumeratas.

Seminis testes insudant generationi, si Galen. Silv. Mund. Riolan. &c. audiamus : Sin contra Aristoteli, Fallop. Cabrol. Spigel. faveamus, huic neutram praesunt ministerio.

Pugnantibus ergo Authorum sententiis hinc inde distractus volui dubiis utcunque me expedire ; cæpi testem accuratius versare, patientius lacerare, curiosus introspicere ; & quid inde observarim, En tibi geminis produco Figuris ; quarum una (nempe 4<sup>a</sup>) est Testis virilis : Altera, (nempe 5<sup>a</sup>) Aprugni, ut in tumentiori mole clariora legantur omnia.

AA. Uterque testis per medium scissus. BB. Tunica albuginea.

CC. Vasorum præparantium in albugineam insertio.

DD. Ductus Highmorianus per medios testes exorrectus, exacte in Aprugno ; non item in Virili. An linea fibrosa Riolani inseparabilis a Testis tunica ?

EEE. Vasa præparantis, Albugineam perforantia, & ductui semi-circulari nexu, commissa.

FFFF. Genuina testis virilis substantia, nullatenus glandulosa sed omniho vasata : Ita ut totus sit, totum vas, testis, in Aprugno vasa interjacent testicularia \*\*\*\* levè stratum propriæ carnis. ffff.

GG. Exiles fistulæ, modo plures, modo pauciores, è ductu, ubi statim ex albuginea emersit in capite testis, exortæ.

HH. Principium Epididymidis non glandulosum ex Highm. sed solis contextum vasis, ex Riol. valida sibi membranula invicem adscutis. Hinc videri est, Epididymida ex fistulis suborta, fistulas ex ductu : Atque adeo semen inchoativè generatur in teste intra vasa testicularia, è quibus mox stillat in ductum, è ductu dein per fistulas convehitur ad Epididymida, in cuius perplexitate tandem perficitur.

II. Reliqua Epididymidis series planè vasculosa, & ita in teste, & Epididymide virilibus nil quicquam est glandulosæ substantiæ.

KK. Vas Ejaculatorium, recta Epididymidis continuatio.

Interim te monitum velim : Tria in hac Anatome scitu præstantissima desiderari. 1. An vasa testicularia plura sint ? An unicum, multiplici flexura brevium ? 2. An, ubi, & quomodo coeant cum præparantibus, ut materiam hauriant seminalem. 3. Quæ, & qua parte, ipsorum cum ductu intercedat connexio, seminis pro comœatu ?

Cæterum ad majorem rei intelligentiam, adeas Highm. tabulas X. XI. Alia si noveris hac in parte, quæ meos latuerint oculos\*, \* Besides what D. de Evelyn enixe rogo, meo aliorumq; commodo. Valeas Graef hath since publisht upon this Subject, the same hath been lately examin'd by the R. Society with so much care, and exactnes, that now there remains but little doubt of what is conceived, and hath been so many years agoe, by able Anatomists here in England, of the structure of the Testic'les, viz. that they are a Congeries, or heap of very fine vessels, that may be drawn out like thred, and distinctly expos'd to the Eye.